

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11746

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1985

P O L E M I C I

1986

pit, ut ibi: *Der Almechtig Ewig Gott hat sich mit gewissen zeugnissen, mit Auferweckung der Totten &c.* Agenda vero ipsa incompleta deficit in *Capite de Missa et Communione* his verbis: *vñnd diser sein beilliger leib vñnd bluēt werden von würdigen vñnd unwürdigen —.*

DXVI.

274

Codex chartaceus germ. lat. Sec. XVI. Folior. 47. f. continet *Christophori Ducis Würtembergici* Edictum de Liturgia et Disciplina ecclesiastica hoc titulo: *Von gottes gnaden Vñser Christophs Hertzogen zu Würtemberg vñnd zu Teckb, Grauen zu Mümpelgart Instruction vñnd Ordnung, Wie vñnd welcher massen vñ vñser Christenliche Confession, Im Iungst gehaltenem Concilio zu Triennt (1552) vbergebenn vñnd publiciert, vñnd daruff geuolgte vñnd gestellte getruckte Kirchenordnung, die Kirchen In vñnserm Fürstenthumb vñnserer Oberkeit, mit Pfarren, Predigern, Diacon, Subdiacon, Catechisten, Schulmeister, Mefsnern, vñnd Anndern Dienern versehenn, vñd mit wass vñnderhaltung vñnd Super Inntendenten dieselbigen erhaltenn, vñnd bedacht sollenn werdenn.* Agitur praecipue de Ministris Ecclesiae, eorum electione, examine et constitutione in Paroeciis, de Scholis, Medicis, Chirurgis, de Sustainatione Ministrorum, Scholarum et Pauperum, de Ma-

trimonio, Coenobiis et Modo inquirendi in *Anabaptistas* et *Schwenkfeldianos*, de officio Superintendentis et Theologorum senatum ecclesiasticum constituentium. Quae omnia fusius edisseruntur in Confessione Doctrinae et Ordine Agendorum in Ecclesia, quae lingua vernacula simul lucem adspexere auspiciis ejusdem Ducis *Tubingae* 1559. f.

DXVII.

Codex chartaceus lat. Sec. 828 XVI. Folior. 67. 8. continet Praelectiones in *Danielem Parisiis* habitas a. 1541. a *Francisco Vatablo Picardo Gamachiensi* regio Hebraicae linguae Professore, calamoque exceptas ab Auditoribus; et *Codici* quidem praefenti olim praescriptum est: *Diazij manus*, quem non habeo diversum a *Joh. Diazio*, teste *Ant. Crocio* in *Martyrol* et *Sleidano Comment. L. 17.* post navatam 13. annis literis *Parisiensibus* operam jam *Lutherum*, mox *Calvinum* et *Bucerum* secuto, et tandem a. 1546. *Neoburgi ad Danubium*, proprio fratre *Alphonso* agente, interemto. Ita quidem *Crocio* ille, et *Sleidanus*. Initium porro harum Praelectionum est: *Cap. I. Omnes hebrei totum vetus testamentum, totam illam scripturam in tres diuidunt partes, in תורה legem, in נבא (sic) prophetas, et in כתובים* αἱ γραφαί. Sic etiam *R. K. (Dav. Kimchi)* initio *commentariorum in psalmos*

1987

C O D I C E S

1988

psalmos diuidit &c. In brevi hac Praefatiuncula *Daniel* Hagiographis, et non Prophetis adnumeratur. Pergit porro Interpretatio: Anno tertio regni Joachim Regis Jude, *Concisa locutio*, in anno trium s. annorum. i. anno tertio, sub finem anni tertij (ne repugnare videatur cum loco *Hierem. 25.* ubi dicitur in anno quarto Joachim) regis Jude. &c. Atque ita per Capita proceditur admixtis subinde documentis moralibus. Norunt sacrarum literarum Studiosi motus, quos *Rob. Stephanus* typographus *Parisiensis*, antequam *Genevam* peteret, *Bibliis* a. 1545. 8. vulgatis excitavit. Admonuit in iis praevidere Lectorem, se doctissimi *Vatabli* adnotationes a diligentissimis ejus auditoribus magna fide exceptas huic Editioni adposuisse. Quod si *Vatablus*, prosequitur, ipse has annotationes edidisset, Deus bone, quantum doctrinae, quantum facilitatis accessurum fuisse existimamus! At enim *Vatablus* tantum abest, ut hac adulatione deliniretur, ut potius, testimonio *Gilb. Genebrardi* in Praef. ad *Origenis Opera Paris. 1574. 1604.* et

Msptae.

Et a tempore quo ablatum fuit illud sacrificium. i. Juge illud sacrificium. i. verus dei cultus (alij *Eucharistiam* intelligunt, cuius typus erat iuge sacrificium) et ad ponendam s. in loco eius abominationem stupentem (i. quam omnes stupere debent) vel expone, ut sit

1619. f. *Stephanum* ad se accersitum objurgaret et falsi criminis postularet. Et re ipsa, quidquid obmoveat *Dav. Clemens* in *Bibl. cur. hist. crit. T. IV. p. 140.* sinceritatem saltem in eo desideres. Cur enim, cum in iis suis adnotationibus multa, ut verbis *Arn. Bootii* in *Indice Autor.* ante suas *Animadvers. sacr. ad Text. Hebr. V. T. Londini 1644. 4.* utar, *Religionem reformatam sapientia sparsa sint*, a qua ipse (*Vatablus*) fuit alienissimus, cur, inquam, expressis nominibus non suum cuique tribuit, contentus *Vatablum* et *Christianos Doctores* nominare? Quinam hi? Injuria igitur Nomen *Bibliorum Vatabli* invaluit, cum neque Versio in illis Versioni vulgatae adjuncta *Vatabli* sit, sed *Leonis Judae*, aliorumque *Tigurinorum*, neque Adnotationes ex integro ad illum pertineant. Verum haec prolixius apud *Autores citt.* differuntur, quibus *Lelongii* et *Maschii Bibliothecas sacr. Huetiumque de claris Interpretib.* adde. Nos ex instituto speciminis loco *Notas msptas* cum editis a v. 11. C. XII. ad finem conferemus.

Editae.

21. a tempore, quo ablatum fuerit sacrificium iuge ad sufficiendam (in locum eius) abominationem stupendam vel desolantem, subintellige, cultum Dei. Supra descripsit finem: nunc initium huius tribulationis docet: nempe cum verus dei cultus ablatum fuerit et intro-

1989

P O L E M I C I.

1990

fit tobar abominationem desolantem et destruentem verum cultum. Per abominationem intelligit contrarium cultum vero cultui; hunc locum secutus est Mattheus in suo Euangelio. 25. v. 24. Nota autem hic diligenter vau illud redundare, aut aliquid debere subintelligi nempe verbum — — Vt si diceres in alia loquutione, Franciscus Vatablus et legit, i. venit et legit.) f. Erunt dies mille ducenti et nouem. i. anni tres cum dimidio et diebus circiter duodecim (hos autem dies additos superioribus subiungit ad refrigerium Electorum, hos, inquam, de quibus mox dicet) beatus. f. erit vir ille qui spectauerit f. finem horum, et peruenerit ad dies mille trecentos triginta et quinque. Tu autem f. Daniel vade, Vadas ad finem ipsum i. ad finem tuum ad finem omnis carnis i. ad finem tibi a natura datum. i. tu morieris, et quiesces et stabis in sorte tua i. quiesces in sinu Abrahe in fine horum dierum, de quibus supra dixerat, i. usque ad finem iudicij.

Quaedam utique adparent *Vatabli*, fed fortasse *Bertinus le Comte*, a quo *Stephanus* Adnotationes illius habuisse in Epistola *Bibliis* lat. anni 1557. cum hujus *oliva* f. editis praeuia dicitur, curatius ab ore Magistri pependit. *Diazus* noster penso suo haec subiecit: Interpretationem *Danielis* difficillimam sane absoluit XV. die Martij 1541. *Doctissimus F. Vatablus* parisijs.

Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

introduc̃ta noua religio. Juge sacrificium umbra erat verae religionis, aut sacrae eucharistiae. Vide Matth. 24. b. Quum videritis abominationem desolationis &c. Videtur hic Abominationem desolationis intelligere cultum contrarium vero cultui Dei veri. 22. i. anni tres cum mensibus sex et duodecim diebus. 23. Addit superiori summa XLV dies, in quibus erit refrigerium electis, ut est Matth. 24. Statim post tribulationem illorum temporum apparebit signum filij hominis. Ergo post afflictionem istam erit pauxilla requies sanctis ab illa calamitate. 24. Vel perges, quasi diceret, Tu autem interim morieris, neque haec videbis. 25. in sorte tua in finem horum dierum, subintellige, de quibus dixi tibi. Quiesces in sinu Abrahae usque ad resurrectionem mortuorum.

DXVIII.

Codex chartaceus hisp. Sec. 761
XVI. Folior. 212. 8. inscribitur:
El Salterio Traduzido Del Hebreo En Romance Castellano.
Praefatio proluxa dirigitur: *A La Illustrissima Senora La Senora Dona.* Nomen ipsum, quod toties Codicibus accidisse lamentamur, male consultus quidam atramento penitus oblevit. Agit porro

D d d

porro